

n. 7. Farin. d. c. 16. n. 248. Zambell. in repertor. Moral. verb. Eccl.lesia quoad ejus immunitatem, n. 9. Guazzin. c. 29. n. 9. Caltr. Palao tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 9. n. 10. Marant. in controvers. jur. p. 2. respons. 37. n. 1. Novar. sup. n. 6. Ciarl. controvers. forens. c. 10. num. 16. Dian. part. 1. tract. 1. resol. 17. in fin. & part. 6. tract. 1. resol. 8. vers. Ne admitto in fin. Atque sic per Sacram Congregationem Immunitatis fuisse decifum, testis est Delbene n. 9. Nihilominus prior opinio magis communiter recepta, & in praxi observata est, ut constat ex iis, quos pro ipsa proximè recensimus.

Ibi: Nam regulariter arma prohibita sunt.

223 De prohibito armorum usu latè, & eruditè agit Dec. d. tom. 2. lib. 8. c. 3. per tot. Bobadill. lib. 1. c. 13. ex n. 60. Guttier. pract. lib. 1. q. 12. Clar. d. S. fin. q. 82. statut. 6. & ibi Baiard. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 394. ex quibus constat lege Julia de vi public. arma habere, ac deferre vetitum esse, quod apud Romanos à Rege Servio Tullio, sub cuius tempus arma intra urbem deferre non licebat, constitutum est. Et arma regulariter esse tam Ecclesiasticis quàm secularibus prohibita: D. Covar. sequuti docent Guttier. n. 3. Plaz. supra c. 8. num. 25. Delbene tom. 1. c. 4. dub. 2. num. 19. Paz tom. 1. part. 7. cap. unic. num. 6. ubi quæ arma apud nos permiffa sunt.

Ibi: Extant & Regia sanctiones hac de re.

224 Quæ circa armorum delationem jure Regio sunt statuta invenies sub tit. 6. lib. 6. Recopilat. & alibi sunt nonnullæ sanctiones ad id spectantes, ut l. 5. tit. 4. lib. 1. l. 7. tit. 2. lib. 8. l. 16. cum seqq. tit. 33. eod. libr. Recopilat.

Ibi: Poena tamen, quæ ab armorum usu.

225 Poena, quæ ob armorum usum Clericis imponitur, apud Judicem Ecclesiasticum exigenda est, D. Covar. pract. lib. 1. c. 33. n. 7. Paz ubi proximè, Sarmiento select. lib. 7. c. 13. num. 2. Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 70. 71. Clar. d. S. fin. q. 36. n. 26. Guttier. d. q. 12. num. 5. vers. Rursus videtur, & n. 6. Azeved. in lib. 1. n. 3. tit. 6. lib. 6. Recopilat. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. c. 55. lit. A. vers. Pro quo etiam, & alii; imò addit D. Covar. licet dubius, non teneti Judicem Ecclesiasticum exequi pœnam statuti adversus Clericum, sed posse aliter juxta Canonicas sanctiones imponere debitam pœnam; quem sequuntur Suar. de legib. lib. 3. c. 34. n. 5. 18. Bonac. ed. tract. disp. 1. q. 1. punct. 6. num. 29. Salzed. & Paz supra, Delbene tom. 2. cap. 9. dub. 2. n. 28. quem omnino videas, esse contradicat Clar. ubi supra. Sed hæc quæstio pendet ab illa, utrum scilicet Ecclesiastici adstringantur legibus civilibus in bonum commune statutis, quæ non repugnant Sacris Canonibus, nec libertati Ecclesiasticæ derogant, & in communi feruntur, qualis est lex prohibens armorum usum? De quo latè Delbene ubi proximè, dubitat. l. 2. & sub hac num. 35. cum aliis resolvit, quod si ad pœnam irrogandam nulla desideretur judicialis controversia, sed quod de plano imponatur, poterit Judex secularis eam pati se petere à Clericis; quibus non obtemperantibus, pignus capere non prohibetur; quod docuerant aliqui sine distinctione, quos refert Bobadilla supra, num. 69. lit. H. qui lib. 2. cap. 15. per tot. fusè tractat, quando licitum sit Clericis arma fumere, Illud competum habetur, non posse Ecclesiasticos armis defendere, ne reus ab Ecclesia confugiens extrahatur, sed solum jure claudere,

vel aliter ingressum laicis ministris impedire absque strepitu armorum; Suar. d. c. 13. n. 5. Bobadill. citat. cap. 15. n. 29. Esgundez de prax. Eccl. lib. 4. c. 4. n. 59. Gonni supra, q. 12. Layman. lib. 4. tract. 9. c. 3. num. 14. Azeved. in lib. 9. n. 3. o. rit. 2. lib. 1. Recopilat. Curtell. lib. 1. quest. 37. in fin. lib. 2. quest. 102. Paz supra, part. 5. cap. 3. §. 3. numero 16. Mar. Italia d. lib. 1. cap. c. §. 2. n. 45. Bonacin. d. punct. 6. §. 3. n. 3. Farinac. de immunitat. cap. 2. n. 46. Delbene d. c. 16. dubitat. 32. de quo Domin. Covarruv. versicul. seqq. Ipse vero delinquens etiam armis se adversus ministros justitiæ defendendo, ne injustè extrahatur, non peccat; Suarez, Farinac. Italia ubi proximè, Dian. part. 6. tract. 1. resol. 32. versicul. Sed ibi ipse, Delbene sup. n. 3.

Ibi: Apud Gallos Clerici.

Hujus consuetudinis in Gallia receptæ puniendi Clericos deferentes arma prohibita per Judices laicos meminere Petr. Gregor. synagmat. jur. lib. 36. cap. 27. in fin. Menoch. supra, num. 32. Clar. d. q. 36. n. 26. Delbene d. cap. 8. dub. 2. num. 14. Decian. lib. 8. cap. 3. n. 2. Bobadill. d. c. 18. n. 69. Vulpell. de libertat. Eccl. part. 2. num. 37. Guttier. sup. n. 6.

Ibid: Apud Hispanos usus obtinuit.

Quod Judices laici valeant Ecclesiasticos cum armis repertos eisdem spoliare; & in Hispania ita usu receptum esse, affirmant Menoch. Gu tierrez, Clar. ubi proximè, Plaz. n. 26. Rodriguez in summ. part. 2. c. 137. n. 13. Botrel. de præstant. Reg. c. 71. n. 45. Par. Vezquez in 2. part. tom. 2. disput. 167. c. 4. n. 31. Bobadill. supra, n. 66. Gr. ffis. in suis decisionib. part. 1. lib. 4. c. 18. num. 168. Coriolan. in Bull. Cæn. excommunicat. 20. Paz n. 7. Mexia in pragmatic. taxe pan. conclusio. 5. num. 58. Morla in tempor. jur. p. 11. q. 16. n. 17. Quod ita intelligendum est, ut arma ablata ministris capientibus relinquuntur.

Idem docent de Clerico exercencie privationem, vel venationem statuto prohibitam: scilicet, quod possit canibus, reibus, aliisque instrumentis ad piscandum, vel venandum per Judicem secularem privari, Morla num. 16. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 10. difficultat. 16. num. Cened. in collectan. part. 1. collect. 37. n. 19. Ledesma in summ. tom. 2. tract. 8. c. 9. conclus. 33. Salced. sup. c. 68.

Sed ea, quæ prædiximus, non parum difficultatis habent: sunt etenim non pauci præsertim Theologi, qui sentiunt, neque de jure, neque de consuetudine fieri posse, ut Ecclesiastici per Judices laicos judicentur, sive spoliarentur, saltem ut ipsi ministri seculares ablata sibi retineant; sed quod ea sint Judici Ecclesiastico restituenda; nam etsi concedatur [quod sine controversia non est] Ecclesiasticas personas teneri ex vi coactiva observare statuta laicorum respicientia publicam utilitatem, & in communi lata, adhuc tamen ad eam observationem per proprios Judices sunt cogendi ac propter transgressionem plectendi; non per laicos, qui nullam in Ecclesiasticos jurisdictionem obtinent, nisi per Sedem Apostolicam eisdem concedatur; in quo patè passu privilegium, & consuetudo, aut præscriptio non ambulant: ex quibus consuetudines, tam Hispaniæ, quàm Galliæ, quæ laicis in Clericos jurisdictionem tribuunt; damnant Bonacin. in summ. tract. de legib. disput. 16. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 8. Duard. in Bull. Cæn. lib. 2. Canon. 12. q. 11. n. 51. Bellet. disp. Cleric. part. 1. tit. 2. §. 2. n. 38. Marr. de jurisdic. part. 4. centur. 1. cas. 7. n. 20. Genuens. in prax. c. 74. n. 6. Ricc. part. 3. decis. 299. per tot. Dian. part.

part. 1. tractat. 2. resolut. 9. Delbene omnino videndus tom. 1. c. 1. dubitat. 15. sect. 5. 6. ubi latè. Sed consuetudines prædictæ defendi possunt, quia ob negligentiam, seu lenitatem Judicum Ecclesiasticorum sunt introductæ, atque ita legitime præscriptæ, cum justam causam initio habuerint.

Vers. Caterum, ut & hoc non omittamus.

230 Moribus apud Gallos obtinuit, ut rei ad Ecclesiam confugiens illicitè extrahantur, ac in vinculis publicis apud seculares constituantur, donec super immunitate pronuncietur, qui si ea gaudere delicto debitas dant; Dec. lib. 6. c. 29. nu. 2. in fin. Bobad. d. c. 12. n. 95. ubi tradit quomodo apud nos Judex secularis in extrahendis delinquentibus ab Ecclesia se gerat. Sed Petr. Greg. sup. d. c. 22. n. 3. restatur in Gallia reos Ecclesiarum immunitate non defendi; idemque in Alemania observari ex practico Papiens. refert. At utrum hujusmodi consuetudo hodie sit abrogata ex dicta Bulla Gregor. XIV. & Urban. VIII. constitutione edita die 5. Junii 1541. & Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 20. quibus omnes consuetudines adversus immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam sublatae fuisse videntur? maximè controversatur; super quo consulas Delbene d. c. 16. dub. 6. 7. Guazz. de defens. reor. defen. 1. c. 34. Dian. part. 1. tract. 1. resol. 1. & part. 6. tract. 1. resol. 29. Pelliz. sup. cap. 5. sect. 1. num. 3. 36. Farinac. de immunit. c. 2.

231 Sed quæri oportune potest, supposito, quod consuetudo prædicta viribus subsistat; nunquid, si reus in carcere renunciet immunitati, possit Ecclesia in causa immunitatis prosequi, ut sibi extractus restituatur, si constiterit, crimen exceptum non esse commissum? & affirmativè resolvit Delbene d. c. 16. dub. 33. n. 7. ubi loquitur de eo, qui nominatè Episcopi in carcere Judicis seculares detinetur. Ratio est, quoniam renunciatio rei non valet quidquam operari contra Ecclesiam, cui jus quæsitum fuit ad restitutionem, cum delinquens fuisset ab ea violenter evulsus; qui licet possit à loco immunitatis ultrò exiens, se immunitate privare, quo casu si capiatur, nulla irreverentia committitur; tamen postquam invitus extractus est, nequit, quod in Ecclesiam factum est, suo consensu condonare. Atque ita prius restituendus erit delinquens, ac postea ipse si velit liberè egrediens, se Judici seculari tradere non prohibetur.

232 Idem dicendam est de eo, qui illegitimè à Judice seculari evellitur, qui etsi postea immunitati renunciet, est nihilominus restituendus; Delbene ubi proximè, n. 5. ubi alii, qui c. 6. resolvit, non posse existentem in Ecclesia renunciare juri immunitatis, ut inde captus extrahatur, cum privilegium locis sacris principaliter sit concessum, non ipsis confugiensibus. Ad quæ videas sic tenentes Dec. d. lib. 6. c. 26. n. 12. Cast. Palao d. disp. unic. punct. 11. n. 5. Guazz. supra, c. 36. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 32. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 14. cum seq. Mar. Italia d. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 82. Mastrill. lib. 2. decis. 169. Pechi. in tractat. de arresto, & de jur. sistendi, c. 9. n. 3. in fin. vers. Ego verò.

Aded autem verum est, extractum reum illegitimè fore restituendum Ecclesiæ, licet immunitati renunciet, ut idem sentiendum sit, quanquam ex subsecutibus probationibus appareat, tale esse delictum, ut indignus delinquens immunitate censeatur; cum spoliata Ecclesia ante omnia restitui debeat; ita Delbene n. 9. cum seqq. Genuens. in prax. c. 22. n. 6. Paz supra, d. §. 3. nu. 15. Gonni quest. Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

ult. ubi ait, posse Judicem incontinenti reum iterum capere, & responderet ad leg. in condemnatione, §. dolo facit. ff. de reg. jur. quod ea in possessoris locum non habet. Præterea si ita extractus ab Ecclesia, postea crimen exceptum commiserit, adhuc restitui debet, quoniam jus Ecclesiæ antè est ad restitutionem, quàm quod Curia secularis ex novo delicto ad retinendum reum acquisivit, Farinac. d. c. 2. nu. 49. Dian. citat. resol. 32. versic. Quæro quartò: Peregrin. c. 15. n. 25. Italia n. 49. Genuens. sup. c. 17. n. 5. Bonacin. tom. 2. disput. 3. q. 7. punct. 4. nu. 13. Delbene n. 2. 3. licet dissentiat decif. 57. cujus sententia in utroque casu posset admitti quando timeretur; quod si reus restitueretur, aut fugeret aut pro ejus defensione, ne iterum extraheretur, oriretur scandalum; nam ubi adest periculum gravis mali, restitutio spoliato jure denegatur, cap. literas 13. §. fin. de restitut. spoliator.

Alitque docent, posse ab Ecclesia extrahi reum, qui spontè capitur à familia Judicis laici intra locum immunem? quia privilegium est, neque extrahatur invitus; quod in hoc casu minimè contingit, cum suo consensu quis capturæ se subjiciat, nec hic immunitati renunciat in præjudicium Ecclesiæ, quæ extractione volentis non violatur; Gonni dicit. tractat. de immunitat. fallent. 12. Joanni. de Vifchis num. 56. Barbof. de jur. univers. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. nu. 58. Bobadill. lib. 2. cap. 14. n. 80. sed quia talis extractio etiam volentis in Ecclesiæ irreverentiam cedere posset; ided consultus est ut reus si velit, spontè exeat, ut extra locum sacrum apprehendatur.

Ibi: Sed & illud non est in hoc tractatu.

De his vide, quæ dicta sunt sum. nu. 225. ante finem, ubi plures laudavi asserentes, Ecclesiasticos non armis, sed censuris immunitatem Ecclesiarum tueri debere. Sed in casu raro necessitatis licet Prælati uti opera laicorum, vel Clericorum, qui nondum sacris ordinibus sint initiati ad defensionem cum armis, concedunt Delbene d. dub. 52. n. 5. ubi alii; Suar. c. 13. n. 5. in fin. Bonac. tom. 3. tract. de Excomm. extr. Bull. disp. 2. p. 3. punct. 16. §. 3. n. 3.

Ultra Ecclesiasticas censuras aliis pœnis subjiciuntur Judices, qui per extractionem reorum Ecclesiasticam violant immunitatem, quas referunt Decian. d. lib. 6. c. 28. Guazzin. c. 30. Bobadill. sup. n. 18. Pellizar. d. tract. 8. c. 5. n. 46. Suar. c. 16. n. 7. Farinac. in prax. q. 28. à princ. & de immunit. c. 20. n. 309. cum aliis, Petr. Gregor. sup. lib. 33. c. 21. n. 4. latè Delbene dubit. 35. ubi qui eas pœnas incurrant; Et quando, & ad quid Judex extrahendo teneatur in foro conscientie? docent Delbene dub. 34. ex n. 7. Suar. sup. n. 15. De hujusmodi pœnis sunt jura, tam civilia, quàm canonica, c. quisquis, c. si quis contumax, 17. q. 4. Trident. sess. 25. de conformat. c. 20. Bulla præcitata Greg. XIV. l. 2. & ibi Glol. in l. præfenti, C. de iis q. ad Eccl. confug. l. 4. tit. 11. p. 1. l. 4. tit. 2. lib. 1. Recop.

Ibi: Quod & edito Regio.

Hoc habetur in l. 6. tit. 4. lib. 1. Recopil. à nostris Principibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha constitutum.

Pro coronide autem non gravabor, quædam circa materiam hujus capituli dubia valde necessaria, ac scitu digna, quasi currenti calamo resolvere. Primò dubitatur quis sit Judex competens cum controversatur, an reus gaudere debeat immunitate? Et ad Judicem Ecclesiasticum cognitionem pertinere, dicendum est cum Farin. de Immunit. c. ult. n. 366. 397. Pellizzar.

Pelizzar. n. 40. Guttier. pract. lib. 3. q. 1. n. 5. Anaf. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. c. 16. n. 21. Barbo. d. c. 3. n. 155. cum seqq. Bobadill. lib. 2. c. 154. Guazzin. c. 31. n. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 13. n. 96. Dian. part. 4. tract. 1. resol. 49. Delbene dub. 41. ubi plures alii. Quod intelligas primativè quoad Judices sæculares, imò post Gregorianam constitutionem solùm spectat ad Episcopum cognitio super immunitate, ibi: *Nisi cognitio prius per Episcopum, vel ab eo deputatum, an delinquentes vere crimina excepta commiserint, licet Judicem sæcularem etiam competentem esse opinentur Pereir. de manu Reg. p. 2. c. 16. n. 12. Paz. d. §. 3. n. 8. & alii apud Germon. Dian. & Delbene.* Apud nos de hujusmodi causis cognoscitur in supremis Regiis tribunibus, ad quæ per viam violentiæ adversus sententias Ecclesiasticorum deferuntur, de quo D. Salsgad. de protect. Reg. Cevalt. de cognit. per viam violent. & praxim tradit Paz. n. 182. 183.

238. Secundò dubitatur, quis potest concedere facultatem evellendi reos ab Ecclesia, qui de jure gaudent immunitate? Quod Pontifici duntaxat permissum esse, resolvendum est, Guazzin. c. 31. n. 1. Decian. lib. 6. c. 27. n. 4. Delbene dub. 26. n. 5.

Tertiò dubitatur, quid juris, si delinquens affirmet, se à loco sacro contractum, satellites verò negent? Respondent, satellitibus non esse credendum, Dec. d. lib. 6. c. 29. n. 10. Guaz. c. 37. n. 78. Mar. Ital. lib. 1. c. 6 §. 2. n. 98. Farin. de immunit. c. 2. n. 54. Tusch. lib. E. conclus. 10. n. 17. Sed oppositum probat Baiard. ad Clar. d. q. 30. num. 24. Placet aliis hoc arbitrio Judicis decernendum, inspecta qualitate satellitum, aliisque circumstantiis, ut Bonacin. d. punct. 16. §. 3. n. 15. Peregr. de immunit. c. 15. nu. 16. consentit. Menoc. de arbit. lib. 2. cas. 112. à n. 8. qui generaliter docet, Judicis arbitrio relinqui, an nuncio in pertinentibus ad ejus officium credendum sit. Sed in praxi observatur Baiardi sententia,



Quartò dubitatur num Oratoria immunitate gaudeant? & quando autoritate Episcopi constructa sunt, & immunitatem habent, secus si absque ea facta sint, Delbene dub. 9. sect. 12. ubi plurimi. Farin. de immunit. c. 17. n. 267. Suar. sup. c. 9. n. 10. Clar. d. q. 30. n. 7. Guazzin. c. 37. n. 30. Pelizzar. n. 5. Aliud dicendum videtur de cancellis, qui affixi sunt intus parietibus Ecclesiæ vulgò Tribunas, nam cum intra locum sacrum sint, licet privatis domibus adhaereant, qui in illis extiterit, extrahi nequibit; ut colligitur ex dictis supra, n. 39. cum seqq.

Quintò dubitatur de confugientibus ad palatia supremorum Principum: quos tutos esse competitum est; Petr. Greg. n. 16. ubi exempla refert, Delbene sect. 15. n. 2. vers. Hinc sequitur. Sanch. cons. mor. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2. in fin. Curt. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. n. 4. Paz. d. §. 3. n. 52. Bobad. ubi proximè, n. 13. Eodem privilegio præfulgent domus Legatorum, sive Oratorum qui supremos Principes representant. Delbene supra, Bobadill. n. 11. Cur. Philip. n. 5. Quæ immunitas, cum sit profana, potest per Principem sæcularem non recognoscens Superiorem, privatorum domibus concedi; Dec. dist. lib. 6. c. 25. n. 16. Bobadill. ubi proximè, Guaz. c. 37. n. 27.

Sextò dubitatur, an Judex, qui non legitime reum ab Ecclesia evellit, teneatur illum eidem Ecclesiæ restituere; vel satis sit, si alteri cuilibet reddatur delinquens? Et affirmativè respondendum est satisfacere, reum constituendo in quocunque loco sacro, nisi ejus vel Ecclesiæ spoliatiæ interstet, quod restitutio eidem loco fiat; de quo Farin. de immunit. c. 2. n. 48. Delbene dub. 33. à n. 12. Bonacin. in summ. tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 3. n. 14. Bobadill. d. c. 14. n. 98. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 27. quorum aliqui asserunt, restitutionem fieri posse Episcopo, vel ejus Vicario, qui Ecclesiam representat; Delbene, & Dian. supra,



INDEX LOCUPLETISSIMUS

OMNIUM, QUÆ IN HOC OPERE

CONTINENTUR.

Primus Numerus Librum, Secundus Caput, Tertius marginalem numerum indicat.

A

ABBAS non exemptus nequit bona immobilia, vel mobilia pretiosa alienare absque Episcopi consensu, lib. 2. c. 3. n. 46.

Exemptus etiam prohibetur alienare ea bona sine assensu Pontificis, ubi recepta est *extravag. Ambrosiæ*, ibid. n. 48.

Abbas quos, & quibus Ordines Ecclesiasticos conferat, lib. 1. 10. 36. cum seqq.

Abbas an possit Religiosos in obsequia dare, lib. 2. c. 1. n. 11.

Abigee pro primo delicto capitis penas sustinent, lib. 2. c. 1. n. 74.

Abfolvendi Sacramentaliter potestas in articulo mortis competit cuilibet Sacerdoti de jure Ecclesiastico tantum, lib. 1. 10. 44.

Abfolvere à peccatis mortalibus jam antea ritè confessis quilibet Sacerdos, etiam hæreticus; vel degradatus potest, ibid. n. 45.

Abfolvitur semel in judicio, iterum vexandus non est, lib. 2. 102.

Legitimè abfolvitur innocens præsumitur, ibid.

Abfolvitur ab observatione judicii denuò accusari potest, ibid. n. 8.

Abfolvitur ab objectis ad ejus electionem irritandam, nequit super eisdem amplius molestari, num. 5.

Idem est de abfolvuto ab actione populari, ibid.

Abfolvitur à crimine per dispensationem de eo accusari non potest, ibid. n. 18.

Secus est si sacramentaliter abfolvatur, n. 21. 22.

Abfolvitur à Judice procedente per viam inquisitionis accusari de eodem delicto nequit, ibid. n. 26.

Aliud erit si crimen per exceptionem sit objectum, n. 27. Limitatur, n. 28.

Abfolvitur ob juramentum à se præstitum, iterum accusari de eodem scelere prohibetur, ibid. n. 33.

Abstractione uti licet, tam in judicio, quam extra, quoties adest justa causa celandi veritatem, lib. 1. 2. 20.

Abstractione uti licet, tam in judicio, quam extra, quoties adest justa causa celandi veritatem, lib. 1. 2. 20.

Abstractione non excusatur perjurium, si causa justa deficiat ad non detegendam veritatem, ibid. num. 45.

Accusatore non probante, quomodo reus sit abfolvendus, lib. 1. c. 1. n. 27.

Accusatus vel denunciatus de crimine, ad Ecclesiasticam addit. ad Covar. Tom. 1.

ritam dignitatem eligi prohibetur, lib. 1. 16. 70.

Fallit, si notoriè sit innocens, ibidem.

Accusatus quibus de causis abfolvitur, lib. 2. 10. 6.

Accusationem repetere quandiu liceat, ibid. n. 5.

potest suscitari ab eodem, cum reus abfolvitur ab observatione judicii, num. 10. Repetitur permittitur, quoties prævaricatio probatur, & si definitur, quis abfolvitur sit? num. 11. Eam repetit propriam prosequens injuriam, & quæ ad id requirantur, usque ad num. 14.

Accusatio de eodem facto reperitur si ex eo plura delicta oriuntur, & super alio ad judicium reus trahatur, quam de quo judicatum est; secus si unum sit delictum, etsi qualitas aggravans fuerit in priori accusatione omissa, ibid. num. 83.

Actio furti pro re minima non datur, lib. 1. 3. 76.

Neque de dolo, ibid. n. 87.

Sine actione in judicio nullus auditur, lib. 1. 6. 6.

Actio personalis non transit ad successorem singularem, lib. 1. 8. 3.

Redhibitoria competit, cum res empta non placet, lib. 1. c. 9. n. 2.

Personalis an præscribatur cum mala fide debitoris, ibid. n. 14.

Quæ actiones dentur pro legato, remissive, ibid. num. 27.

Incipiunt ab adita hæreditate, ibid. num. 32.

Actio antequam nascatur, tempore perire non potest, ibid. n. 33.

Actio an quærat de jure communi alteri per alterum ex obligationibus, quæ re contrahuntur, lib. 1. 14. 7.

De jure Regio actio indistinctè alteri per alterum acquiritur, ibid. n. 9.

Requiritur tamen ad agendum, absque cessione rati habitio, ibid. n. 43.

Actio absque cessione quando alteri per alterum quærat, remissive, ibid. n. 49.

Actio in rem contra non possidentem exerceri non potest, lib. 1. 16. 56.

Potest contra detentatorem rei, ibid. n. 57.

Actiones confessoriæ, & negatoriæ quibus dentur, ibid. n. 59.

Utrum competant pro aliis juribus præter servitutem? ibid.

Actio personalis non sequitur successorem singularem, lib. 2. c. 2. n. 3.

Actio realis rem comitatur quocumque vadat, lib. 2. 2. 4.

Redhibitoria quæ est, & pro quibus rebus concedatur, lib. 7. 3. 77.

Sine actione nemo in judicio auditur, n. 79.

M m 2

Actio